

# Pragmatica Sanctio, cum

GLOSSIS EGRESSI, EMINENTISQUE scientiæ viri, Domini Cosmæ Guimier Parisini, in supremo Parisiensi senatu Inquestarum Præsidis.

*Quibus accesserunt ad cuiuslibet Decreti Parraphos Summaria, suisque in locis Concordatorum concordia, & illorum dissonantia: Necnon glossa, ac additiones, his signis (\* †) & P. introclusa.*

*Opera aut labore D. Philippi Propi Biturici, Officialis Ambianen. & D. nostri Papæ Cappellani.*

*Non desunt Indices alphabetici, tam glossarum eiusdem D. Guimier, quam glossarum & additionum dicti D. Probi, tam antiquarum quam nouissimarum ex ipsius repetita prælectione editarum.*

*Secunda editio quoad additiones.*

*Num. 48. cap. 2. num 16. Bibl. 16.*

PARISIIS.

Apud Galeotum à Prato, ad primam columnam Regij palatij.

1555.

Cum gratia & priuilegio.

OLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

OLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

## Extrait des registres de Parlement.

**A** Court apres auoir veu la requeste à elle présentée par Galiot du Pré, libraire de l'vniuersité de Paris, A permis, & permet à iceluy du Pré, faire imprimer, & exposer en vente, deux volumes de la Pramaticque sanction, avec plusieurs additions, augmentations & corrections, faietz sur icelle, par maistre Philippes Probus, à present Official d'Amiens. Defendât à tous autres imprimeurs & libraires, iceulx liures imprimer, sans l'adueu dudict suppliant, dedans le temps de cinq ans prochainement venants, sur peine de confiscation des liures qui autrement seroient imprimez, & d'amende arbitraire. Faietz en Parlement le sixiesme iour de Septembre. Lan mil cinq cens cinquantequatre.

De saint Germain.

*Reuerendo in Christo, & Domino domino Nicolao  
de Pelleuo Episcopo Ambianen. requestarum-  
que hospitij Christianissimi Francorum  
Regis magistro, Philip. Probus S.*



*T* quia in librorum editionibus, si aliquid diligentiae adhibeatur, ut hi in manus hominum emendatissimi perueniant, nihil lectori gratius, aut utilius, prout nec autoribus laudabilius contingere potest, R.P. Verum quia, etiamsi doctissimi summique sint, suos tamen aliquando & saepius habent errores, etiam impressoribus fidem praestare quam debent, perdifficile est: idcirco ego verbis vestris commonitus, via qua coepi pergo Iuris Canonici opes ac diuitias illustrare. Hunc librum (quem nostri Pragmaticam sanctionem appellant) ab ipsorum calcographorum erroribus, prelo ultimo factis, purgare etiam, & noua additamenta & glosas (licet multis aliis praepeditis negotiis) addere pro debito summo opere studui, laboresque voluntarios sumpsi, quos E.V.R.P. tanquam ad longe maiora deuinctus dicare dignissime curavi, E.V.R.P. humilime deprecans, ut illos clementer suscipere illa dignetur & velit. Ex Palatio vestro episcopali Ambianen. Nonis Iulij. M.D.LIII.

**K**arolus. (\*) Hoc prooemium potes diuidere in sex partes. Primò, salutat Karolus vniuersos. Secundò, exordièdo profitetur se fore obligatum ad Ecclesiam dei: ministros eius, & sancta decreta conseruàda. Tertiò, narrat decreta concilij Basilièu. per eiusdem concilij nuncios sibi, & ecclesiae Gallicanæ fuisse presentata. Quartò, ipsos

**Karolus** <sup>a</sup> nuncios auditos fuisse super prædictis in congregatione Bituris celebrata. Quintò, sibi ex parte ecclesiae Galli-

canæ fuisse proposita bona quæ procedunt ex obseruatione decretorum sanctorum Patrum, super electionib<sup>9</sup> & prouisionibus ministrorum ecclesiasticorum editorū, & ediuerso. xxiiiij. discrimina, quæ ex contemptu illorum, & præsertim ex reseruationibus & gratiis expectatinis proueniunt. Sextò, ponit acceptationem factam per dictā ecclesiā de huiusmodi decretis Basilièu. Secunda, ibi: Inscrutabilis. Tertia, Cum itaque. Quarta, Quibus attente. Quinta, Quibus ad plenum. Sexta, Cognoscentes.

(\*) Non ab re glos. prooem. diuidit, cum diuisio in omnibus scientiis commendetur: nam, inquit Seneca, Facilius per partes in cognitionē totius adducimur, text. est in. §. igitur, in prooem. Insti. facit dictum Philo. 2. Ethico. dicētis, Circa vniuersalia sermones sunt faciliores, & circa particularia sunt veriores. hinc Præpo. in prooem. decreti. co. j. inquit, quòd ex ordine scribendi, aut docendi, facilius doctrina percipitur, & retinetur. §. sed cum nos. in prooem. fforum. Ad idem Io. Andr. in prooem. Greg. col. iij. ait, quòd partitio animum incitat, mentem præparat, & memoriam reformat. Succedit dictum Bald. in consil. cccxlviij. colū. ij. Ecce firmata, parte. iij. quòd nihil ritè vel rectè fit sine ordinis compositione: quia qui bene diuidit, proximus est veritati: & vbi non est ordo, non potest esse substantia, siue dicamus, quòd ordo dicatur substantiuum vel adiectiuū, quòd est de esse rei. Hinc idē Bal. in consil. schisma. adducit vulgatū. Scire quid facias, & nescire quo ordine, non est perfectæ cognitionis. Equidē legimus, quòd ordo est modus entiu. vnde memorialis cellula ex ordine vel spiritu colligitur, affirmatur, redditur, & nexu quodā fauente difficile soluitur. Aliū diuisionis effectū ponit do. Petr. Rebuffi, in glos. Concorda. in tit. de reg. ad prælat. no. fac. in verbo consanguineis. col. iij. ver. nec refragatur. quem videto. Probus.

<sup>a</sup> ¶ Karolus. (\* 1) Hoc nomen super cætera nomina Regum Francorum (dempto nomine Ludouici) viguit. Septimus enim

*Diuisio  
multum o-  
peratur.*

dimittenda. de cle. coniu. c. j. c. de multa. de præben. c. cū in cun-  
ctis. de electio. similiter moriens non dicitur cedere beneficio.  
aliud enim est cedere, aliud deeedere. cap. fina. de verbo. signi.  
lib. vj. fa. not in cap. quanuis. ij. de præbend. cod. lib. in ca. suce-  
ptum. de rescrip. eod. lib.

faciant turnum <sup>a</sup> respectu  
præsentationis <sup>b</sup>, vel colla-  
tionis illis <sup>c</sup> de vniuersita-  
tibus, vel studiis <sup>d</sup> facien-  
dæ <sup>e</sup>.

(\*) Isti duo modi va-  
candi, etiã per concor-  
isto titu. in. §. volumus  
sunt sub similibus ver-  
bis, post quæ subditur,  
quod vacantia ex cau-  
sa permutatiõis cõper-  
mutantibus duntaxat,

& simplicis resignationis, personis idoneis per ordinarios libe-  
re possunt conferri. P.

a ¶ (Turnum) Si. ver. supra eod. §. item placuit.

b ¶ (Præsentationis) A patronis ecclesiasticis.

c ¶ (Illis) Graduatis & nominatis. & pro, id est.

d ¶ (Studiis) Generalibus priuilegiatis, sup. eod. §. sequuntur. &  
§. sequen.

e ¶ (Facienda) Speciale est quod in nominationibus beneficia  
ex causa simplicis resignationis vacãtia, non faciunt turnũ: quod  
non extenderem alibi vbi plures alternatim conferrent vel præ-  
sentarent, vt in casu cle. plures. de iur. patro. & si. puta vbi rex &  
episcopus Parificn. (\*) alternatim cõferunt præbendas ecclesiæ  
collegiatę sancti Thomę de Lupara, in qua canonicatum & præ-  
bendam habeo: cum vacatio per renunciationem simplicem sit  
vera vacatiõ. de renun. per to. & ad eam extenduntur gratiæ be-  
neficiales. ar. c. susceptum. de rescri. in. vj. licet aliqui contra di-  
cant, quod impetrans primum beneficium vacaturum, non de-  
bet habere vacaturum per renunciationem: quia impetratio in-  
telligitur de vacaturo per mortem. ar. l. si quis sic. ff. solu. mati.  
vbi Bald. & Imo. & quod gratiæ beneficiales sunt restringendę,  
c. quanuis. de præbend. in. vj. sed primum verius patet in ca. du-  
dum. de præb. eo. lib. ar. à speciali (\*) in. c. j. de re. permuta. cod.  
lib. Sed quid in dicto casu & si. vbi rex & episcopus cõferunt al-  
ternatim præbendas, episcopus impeditur per nominatum libe-  
re conferre præbendam, an perdat turnum suum? videtur de ri-  
gore quod non, sed sequentem conferet. ad hoc de Ro. deci.  
190. vbi dicunt in pari casu impeditum per expectantem non

*Beneficia  
simpliciter  
resignata  
non faciunt  
turnum.*

*Impeditus  
in suo iur  
no.*

# Secundus Tomus

## Pragmaticæ Sãctionis cum

A D D I T I O N I B V S D. C O S M Æ

Guimerij nec non D. Philippi Probi antea

valde locupletioribus ex repetita præ-

lectione eiusdem Probi, ut

in priori parte

latiùs patet.

P A R I S I I S.

Apud Galeotum à Prato.

1 5 5 7 . 5

Cum Priuilegio.

# Secundus to-

## MVS PRAGMATI- cæ Sanctionis.

### De causis.

**E**cclésiasticæ. vsque ad. §. & ne. Primo ponit breue exordiu.  
Secundo inconuenientia (\*) quæ proueniunt ex causarum  
de partibus longinquis ad Ro. curiam euocatione. Tertio po-  
nitur constitutio super dictis causis tractandis in prima instantia  
in partibus ultra quatuor dictas à Ro. curia distantibus, vno casu

Acceptat decretū de  
causis, quod incipit.

*Concilium prouidere inten-  
dit, ne per afflictiones & in-  
debitas vexationes proximus  
opprimi permittatur, sed quòd  
cuilibet iustitia ministretur,  
viris dolosis nocendi licentia  
auferatur, quiesque & rectorum  
tranquillitas facile non  
perturbetur.*

Ecclesiasticæ <sup>a</sup> sollicitudinis <sup>b</sup>

quia illa aliter nō refero, cū illorū lōgus sit sermo & vulgaris. P.  
<sup>a</sup> (Ecclesiasticæ) Alibi dicit operosæ sollicitudinis studium.  
clemen. dudum. de sepul.

<sup>b</sup> (Sollicitudinis) Prælati debet esse in sollicitudine (\*) nō

excepto. Secunda ibi,  
inoleuerunt. Tertia sta-  
tuit. Hoc decretū fa-  
ctum fuit ante dissolu-  
tionem Basilien. cōci-  
lij. xj. calen. Februarij,  
anno 1435. alij tamen  
dicunt post dissolutio-  
nem, anno scilicet 38.  
ix. calend. Febr.

(\*) Quæ latissimè a-  
liàs deducta fuere per  
curiam parlamenti, &  
Ludouico. xj. Franco-  
rū regi proposita, quæ  
reperies ipsi tra-  
dita in libr. trium sta-  
tuum Turonis habitō-  
rum, ad quem recurre:

ēharitatis. c. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renuncia. (\*)

(\*) Facit quod legitur in fine. §. proximi, ibi, dūmodo alij in quibus &c. & quę legūtur in cōcor. in ti. de regia. ad prala. no. fa. P.

a ¶ (Non fiant) Tempus fututū. no. suprā de elec. ca. & quia. & ibi not. hoc tamen ver. prolatum a papa vel principe in gratia, significat gratiam esse

**Non fiant<sup>a</sup> cardinales nepotes<sup>b</sup> ex fratre<sup>c</sup> vel so-** statim factam (\*) an- tequā redigatur in bul- lis quę non sunt de esse

substantiali gratiæ, sed de probatione tantum. (\*) no. Bal. in l. ij. C. de commu. ser. ma. in margā. in ver. gratia. in. l. penul. Ca. sen. res. non pos. de Rot. deci. 335. doct. in proce. vj.

(\*) Istud latē firmamus in trac. pensio. pralu. vij. in princ. P.

(\*) Istud per plura firmo in tracta. pensio. par. iij. q. vj. ver. secundo aggredior. P.

b ¶ (Nepotes) Nouum ius. aliās potest eligi episcopus, etiam si in capitulo sit filius vel frater: & dent eis voces simul cum aliis. argu. l. illud. & ibi Bar. ff. quod cuiusque vnuer.

c ¶ (Ex fratre) Bene dictum, quia domini cardinales non habēt nepotes ex filio vel filia. (\*) Quid de fratre Ro. ponti. vel car-

dinalis viuētis, an ad eum extēdatur hęc prohibicio? ar. quōd sic, quia propter vnum quodque tale, & illud magis. no. in cle. j. de

reli. & vene. sanc. vnde est quōd excluso patre à successione, ex-

cluditur nepos quādo venit ex persona patris. C. de natu. liber. l. si. c. causam. j. cum ibi no. ca. lator. cum ibi not. per Host. qui fi-

lunt le. nam nepos non debet esse melioris conditionis, quā

pater si viveret. l. si viua. C. de bo. mat. dic contra, quia pœnæ nō

sunt extendendæ. de pœ. dis. j. pœnæ. de rescrip. nonnulli. vnde

cum hęc prohibicio fratrem non tangat, ad eum non erit extē-

denda. fa. quod no. loā. viij. q. j. apostolica. quōd prohibicio im-

mediatæ successione in beneficiis paternis, quæ extenditur ad

nepotes descendentes per rectam lineam: vt not. in ca. ad extir-

pan las. de si. presby. non extenditur ad parentes, seu ascenden-

tes. idem Hen. & doc. in. d. c. ad extirpandas.

Patre ex- cluso, ex- cluditur nepos.

Beneficia nō obtinē- tur per suc- cessionem immedia- tam.



## De cōclufione ecclefiæ Gallicanæ.

Turon. c. hæc quippe. iii. q. vj. Fuit tamen controuerſia in concilio Baſilien. quando archiepiſcopus Tholonien. dicebat ſe eſſe metropolitanum. Sed Britannia maior inſula eſt, quæ dicitur Anglia. xxv. q. ii. in Galliarum. vbi gloſſ. & abundat diuitiis. lvi. diſtin. ſi gens. Et fuit illi nationi olim conceſſum vt contraherēt in quarto gradu. (\* 2)

xxv. q. iii. quod ſcripſi. Hæc deo duce ſcripſerim, ſcholæſtici, vos exorando bene dicta approbatę, imperfecta ſuppletę, & errata corrigite. paratus enim ſum ab anniculo edoceri. xxiii. queſtio. iii. ſi habes.

(\* 1) Cuius nationis filii familias, prout & Francigenæ, poſſunt teſtari, cum non ſunt in patrum poteſtate, dicit Bald. in ca. j. §. ſi duo. in titu. de duob. fra. de no. benefic. inueſti. Iſta quo ad hoc vltimum & Francigenas fuit opinio glo. in ſti. de patria poteſta. in verbo Romanorum. P.

(\* 2) Quo indulto, & quampluribus aliis abuſa eſt illa natio apoſtolicæ ſedis indultis, adeo quòd ab illius obedientia, & ex conſequenti ab eccleſia vniuerſali, militante dicta, omnino recessit, eccleſiam ſibi particularem faciens, tunicamque domini inconſutilem ſcindens, quòd facere eſt ſchiſmaticum, ab hæreſique non discrepans. Oremus igitur dominum, vt gregem illū ad ouile adducat ſuum. Probus officialis & Vicarius generalis. R. D. Epifcopi Ambianenſis. ac S. D. N. Papæ & S. Sedis apo. Capellanus.

Ingenioſa interpretatio domini Coſmæ Guimier, quondam Parlamenti ſenatus Pariſien. conſiliarij, ac in quaſtarum Præſidis, in Pragmaticâ ſanctionem, hic finē ſortitur. Cum ſummarys ad. §§. nec non Concordia & Concordatorū discordia, ac glo. nōnullis penēque additionibus in finitis, ad interpretationē ipſam per D. Philippū Probū Bituricum, ſumma cum vigilantia denuo additis.



Cum gratia & priuilegio.

